



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

Dom. V. post pente. Euang. Estote misericordes. Lucæ. 6 Homiliæ tres.
Prima est de eleemosyna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35259

ut quæreret, & quærendo inueniret **CHRISTVS**, factus est ovis, & quidem huiusmodi, quæ non aperiat os suum dum ducebatur ad supplicium. Et sicut filius dei instar ovis pro peccatore oblatuſ est, ita etiam factus ille est drachma quædam. homo enim qui iam semet diabo lo obstrinxerat, ut iterum redimeretur, hac ipsa opus habebat drachma. Vnde & Petrus ait: Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati **CHRISTI**. Tribus quoque iſs parabolis, tria uicia capitalia declarare uoluit dominus, oue perditæ insinuans superbiam, amissa drachma auaritiã, filio autem prodigo luxuriã. Neque hic finis, uerum & pluribus modis exponi possent illa **CHRISTI** uerba, quæ quidem tam succulenta & omnino sunt huberrima, ut nemo illa uel satis perſcrutari, uel plâne enucleare possit. (potes itaque superiora latissime extendere, & plures ex iſs facere sermones) sed nos iam claudamus riuulos, dicamusque cum domino: Sic gaudium erit angelis dei super uno peccatore pœnitentiã agente. Atque ideo oremus dominum, ut ipse quoque nos oues suas perditas clementer uisitare dignetur, humerisque suis imponere, & ad gregem deferre angelorum in æterna gaudia. Deinde incendere etiam uelit lumen gratiæ suæ cælestis, qua ad iuri, expurgemus omnes conscientiæ nostræ angulos: sicq; iterum inueniamus drachmam deperditam, uera omnipotentis dei imagine insignitam, ut sic & angeli nobiscum & uicissim nos cum illis perpetuo gaudeamus in æterna secula,
Amen.

DOMINICA QVIN

TA POST PENTECOSTEN

Euangelium Luca VI.

AA iii



Matth. 7

3

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittentur vobis. Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam

Matth. 7

Marci. 4

Matth. 15

Matth. 18

Joh. 13. 15

Matth. 7

Johan. 13

& confertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem & illis similitudinem: Nunquid potest caecus caecum ducere? nonne ambo in foueam cadent? Non est discipulus super magistrum, perfectus autem omnis erit, sicut magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quae in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine etiam festucam de oculo tuo? ipse in oculo tuo trabem non uides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educaas festucam de oculo fratris tui.

MEV HOMILIA PRIMA.

PAULO ante hoc euangelium retulit Lucas Christum elegisse duodecim apostolos, & iisdem nominibus indidisse, ut nouo quodam & priscis quodam seculis in-

audito nomine uocarentur apostoli. Post hæc multa salu-
 zaria documenta, quæ illis dedit Christus tanquam futu-
 ris prælaris, & uniuersi mundi doctoribus, inter hæc o-
 mnia illud quoq; dilectissimi in domino, continetur euā-
 gelium, quo multa docentur, quæ pauculis uerbis expli-
 cari non possunt. adeo enim sunt huberrima. Et nos ita
 illa singulatim decerpamus. Estote, inquit dominus, mi-
 sericordes, sicut & pater uester misericors est. Multa iam
 antea dixerat dominus de dilectione proximi, de diligē-
 dis etiam inimicis, de benedicēdis qui nobis maledicunt,
 de orando pro ijs qui nos contemnunt, de dando quibus-
 cunq; petentibus, de commodando & mutuando sine usu-
 ra, & q̄ hoc modo filij dei futuri essemus, qui & ipse mitif-
 simus est. Atq; super ijs omnibus ita concludit: Estote mi-
 sericordes &c. Quæ sane uerba, utut sint breuissima, ta-
 men duo maxima complectuntur, misericordiam scilicet
 dei & nostram. de utraq; nos pauca dicamus.

¶ Et principio quidem, exhibere proximo nostro mi-
 sericordiam, non tantum bonum est & salutare, sed & ne-
 cessarium & deo beneplacitum. siquidem opus illud est
 ex summis uirtutibus, quibus contemnatur ab omnibus. Be-
 atus enim qui intelligit super egenū & pauperem. Quid
 multa: Omnis summa disciplinæ Christianæ in misericor-
 dia & pietate est. Et super Lucam: Misericordia est pleni-
 tudo uirtutū: ideo non publicanus, non miles excipitur,
 non agricola uel urbanus, non diues uel pauper, omnes
 in cōmuni admonentur, ut conferant non habenti. Euol-
 ue uniuersam scripturam, & non inuenies spiritum san-
 ctum aliquod opus tam diligenter admonuisse, ut oratio-
 nem & misericordiam: atq; nulli operi toties tum remis-
 sionem peccatorum, tum uitam promississe æternam. Ec-
 ce enim per prophetam clamat dominus, imò & per se-
 ipsum: Misericordiā uolo, non sacrificium. Clamat quo-
 que per Isaiam & ait: Cum effuderis esurienti animam tu-
 am & animam affictā repleueris, orietur in tenebris lux
 tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. frange esurien-
 ti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuā.
 cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despe-
 xeris. Multa etiam alia reperies ibidem. Quo nomine cc-

Ambro.
 sup epist.
 ad Titum

Osee. 6.
 Matt. 9.
 Isaię. 58

Ecci. 7

clesia hunc locum propheticum per totum tempus qua-
dragesimæ usurpat in Primis & Completorio, quasi dice-
re uelit, Non placebunt deo uestra ieiunia, non oratio, nõ
penitentia quoque ipsa, nisi & misericordes sitis. Atque hoc
est quod Sapiens dicit: Ne contempnas dare eleemosynam.
Nullum diem ieiunij sinat abire quilibet Christianus, qui
non elargiatur eleemosynam & oblationem suam. Neque
diem dominicum quisquam prætereat, quo non pauperi-
bus det eleemosynam. Quod salubre foret pauperi quoti-
die dare eleemosynam, die quidem dominico in honorẽ
trinitatis, die Lunæ pro salute omnium animarum, die
Martis in gloriam angelorum & sanctorum omnium, die
Mercurij ob misericordiam & æternam sapientiam dei,
die Iouis propter uenerabile sacramentum, feria sexta ad
honorandam passionem Christi, & uulnera eiusdem glo-
rificanda. sabbato autem, ad gloriam uirginis maris, An-
næ & Ioseph. Esse uero eleemosynam tam frugiferam, age
paucis explicemus propter uulgus hominum simpliciorum,
quoniam ex diuitibus non est quod speremus in hac par-
te salutem, ita clausæ sunt manus illorum pauperibus. Au-
diamus ergo immensam eleemosynæ uirtutem & efficaciam.

Psalm. 40

¶ Per eleemosynam acquirimus liberationem ab
omnibus malis & periculis huius uitæ. Hinc enim eo lubẽ-
tius exordior, ut uideatis hic quoque tam nihil deperire ex
eleemosyna uestra, ut summum ex illa lucrum sperare de-
beatis. Ecce enim, inquit Dauid: Beatus uir qui intelligit
super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus,
Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faci-
at eum in terra, & non tradat eam in animam inimicorum
eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius,
uniuersum stratam eius uersasti in infirmitate eius. Unde
scutum quoque dicitur eleemosyna aduersus omne malum.
Super scutum, ait Sapiens, potentis & super lanceam ad-
uersus inimicum tuum pugnabit eleemosyna. (ecce quoque &
milites debent dare eleemosynam) Conclude igitur eleemo-
synam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni
malo. In morte quoque conseruat hominem eleemosyna,
ita testante Augustino cum ait: Non memini me legisse,
mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exer-

Augu. ad
crem. 4
Piero. ad
De potia-
num.

cuit, habet enim multos intercessores, & impossibile est p̄ces multorum non exaudiri. Contra, quisquis durus est, & nihil minus q̄ misericors, duriter & memoria mala emortitur. Quò facit istud Dauidicū: Pereat memoria eius de terra, qm̄ nō recordat̄ est facere misericordiā. Diuitiā, inqt̄ **Psalm. 108**
Ambrosius, hominis nō sunt, quas secū ferre nō p̄t, tantum misericordia comitat̄ mortuos. Post mortē q̄q̄ conseruat hominē eleemosyna ab omni malo iudicij nouissimī. sic. n. **Thobias** ait: Si multū tibi fuerit, abundāter tribue, si exiguū tibi fuerit, etiā exiguū libēter impartiri stude, pr̄miū .n. bonū tibi thesaurizas in die necessitatis, q̄niam eleemosyna ab omni pctō & à morte liberat, & nō patiet animā ire in tenebras. Eleemosyna in extremo iudicio nos tuebit, imò & aduocata nostra erit, teste **Dauid** qui dicit: lucundus homo qui miseret & commodat, difponet sermones suos in iudicio, & in æternū non commobitur. In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala nō timebit, à qua auditione? ab illo, inquit **Augustinus**, tre **Augustin.**
mēdo iudicio dei, quod qui à sinistris sistentur, audient: Ite maledicti in ignē æternū. Quod ut audituri nō sunt boni, ita hic tantū horrēt tremuntq̄ mali & immisericordes; quoniam iudiciū sine misericordia erit illi, qui hic nō facit misericordiam. 2. Neq̄ uero tantū ad uitanda mala cōducit misericordia, sed & per illā cōsequitur homo bona temporalia, & felicitatē quoq̄ huius seculi. Id ideo repeto, ut magis pungam animos auarorum, qui quas corraferunt diuitiolas nolunt expēdere, metuentes ne forte fiāt pauperiores. dicūt. n. Qui bona sua etiā p̄pter deū elargit̄ pauperi ante meridiē, post meridiē medicabit ip̄e, Est aut̄ hoc extremæ diffidētiæ argumētū, quā isti erga deū habēt & uerbū illi? sc̄m, cū in p̄pulo sit, Ch̄m toties cōtrariū docuisse. Ecce. n. dicit: Date, & dabit̄ uobis, & apud **Matth.** Centuplū, inqt̄, accipiet. Dico ergo cōtra auaros istos & lucripetas: Quisq̄ in hac uita libēter eleemosynam impartit̄ pauperib̄ ei nihil deficiet. q̄quid necessariū habet ad uitā sustentationē. Idq̄ adeo aperte testat̄ **Salomon**, cum ait: Fecoratur domino, qui miseret̄ pauperis, & uicissitudinē suā reddet ei. & deinceps, Qui pronus est ad misericordiam, benedicet: de panibus enim suis dedit **Proue. 19.**
Proue. 22.

- Eccl. 29** pauperi. **Sed & Sapiens ait: Qui facit misericordiam, fa-**
noratur proximo. Præclarum autem est illud uerbum Sa-
lomonis: Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij reci-
piunt non sua, & semper in egestate sunt. Et in alio loco:
Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantē,
sustinebit penuriam. Et uos itaq; charissimi, date eleemo-
synam. ecce enim sponforem habetis certissimum Chri-
stum ipsum, a quo quicquid exposueritis, fide optima reci-
pietis, modo ne nimium contrahatis manus pauperibus,
neq; nimis parci sitis pauperibus. Quin potius estote mi-
sericordes, sicut & pater uester misericors est. Date paupe-
ribus, rursusq; dabit uobis de^o. Estote misericordes, & mi-
sericordiam consequemini, neq; enim deus eleemosynæ
uestre obliuiscetur, teste Sapiente: Eleemosyna patris nō
erit in obliuionem, ita nec reliquæ eleemosynæ.
- Eccl. 3**
³ **Sed neq; mediocriter prodest eleemosyna ad re-**
demptionem peccatorum & satisfactionem pro isdem.
Ita Christus ait: Date eleemosynam, & omnia munda e-
runt uobis. Et Thobias multis quoq; modis declarans id-
ipsum filio suo, inquit: Eleemosyna redimit a morte, mū-
dat a peccato, & facit inuenire uitam æternam. Atq; istius-
modi locis tota undiq; abundat scriptura, sicut enim ini-
rio diximus, constat deo nihil perinde placere ac piam
orationem & eleemosynam. ita Daniel ad Nabuchodo-
nosorem inquit: Placeat tibi consilium meum, peccata
tua eleemosynis redime & misericordijs pauperum. Forfi-
tan ignoscet deus delictis tuis, sic quoq; Sapiens ait: Ignē
ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis,
& deus prospexor est eius, qui reddit gratiam: & sicut in
sereno glacies, ita soluentur peccata tua. Ideoq; & Chry-
sostom^o hoc fortissimum esse in penitentia medicamen-
tum affirmat, & Ambrosius dicit: Medicina misericordiæ
tollit magna peccata, habemus plura subsidia, quibus pec-
cata nostra redimimus. pecuniam habes? redime peccata
tua, non uenalis est domino, sed tu uenalis es, & quidem
uenditus peccatis, redime igitur te operibus bonis & pe-
cunia tua, quoniam crimina etiam grauissima eleemosy-
nis redimuntur. Habent autem ista Ambrosij uerba fun-
damentum ex euangelio, ubi dicit dominus: Facite uo-
- Luce. 16**

bis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula. **Eleemosyna enim,** ut inquit **Augustinus,** mundat peccata, & ipsa interpellat pro nobis ad dominum: quia quicquid dederimus, ipsum integre possidebimus. **Date itaque eleemosynam abundantem,** pauperes uobis habete commendatissimos, quia ut maxime multa exposueritis illis, nihil decedet uobis, autore & assertore **Sapiente,** cum ait: **Honora dominum deum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua ubertate, atque torcularia tua uino abundabunt.**

Augustin.

Prove. 3

4. Porro cum ab homine humanum nihil sit alienum, tum uero maxime humanum est illud, ut proximis suis egentibus misericordiam exhibeat, quando nihil est quod perinde deo & hominibus hominem reddat acceptum ut eleemosyna. Sic **Thobias** filium suum docuit: **Ex tua substantia fac eleemosynam, & ne auertas faciem tuam ab ullo paupere. ita fiet ut nec a te auertatur facies domini.** Hocque uel maxime liquet hinc, quod dominus iudicaturus tantum proponet opera misericordiae. Nam cum interrogantur benedicti, **Domine,** quando potauimus te & c. respondet ille: **Quod minimo ex meis fecistis, mihi fecistis.** Unde satis liquet, **Christum** sic acceptare quod pauperibus fuit factum, uti sibi esset exhibitum. **Quo respexit & Sapiens,** cum ait illum contemnere creatorem suum, quisquis egenum spreuerit: honorare autem deum, qui miseretur pauperis. **Quoniam omnes eleemosynae aureis literis inscribuntur libro memoriae a sanctis angelis, sicut Raphael commendat eleemosynam Thobiae & orationem.** Cogitate itaque uos dilectissimi in domino, quoruscumque eleemosynam datis pauperi, illam deferri manibus angelorum & pauperum in caelum. **Quapropter Augustinus** inquit: **Ante fores gehennae stat misericordia, & non perimitur aliquem in carcerem mitti. Ecce enim id compertum habes in Cornelio,** qui cum multas distribueret eleemosynas, audiuit sibi dici ab angelo: **Orationes & eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu dei. & hunc mitte uiros in Ioppen, & accersere Simonem. hic dicet tibi quid te oporteat facere.** hinc **Sapienter** ait, **pauper-**

Thobi. 4
Augustin.

Matth. 25

Thobi. 12

Augustin.

Actu. 10

- ri porrige manum tuam, ut perficiatur propiciatio & benedictio tua, gratia dati in conspectu omnis uiuentis.
- Eccl. 8.** ¶ **Contra**, Quicumq; non audit mendicum, neq; audiet illum deus, quando orabit in necessitate sua, teste Sapiente qui dicit: Quisquis obturat aures suas ad clamorē pauperis, & ipse clamabit, neq; exaudietur. Quod luce clarius est cernere in diuite isto, qui, quia Lazarum noluit audire, ut micas saltem de mensa cadentes ei porrigeret, uicissim exauditus non est petens, ut Abraam ad se Lazarum mitteret, qui linguam suam refrigeraret. Commendatos itaq; uobis habere pauperes, & ipsi quoq; eritis deo commendatissimi, illiq; simul & hominibus dilectissimi, ut ait
- Eccl. 29** Sapiens: Eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Mensulam igitur tuam, inquit Hieronymus, pauperes & peregrini nouerunt, & tu cum illis Christum conuiuam noueris.
- Ad Dementrium.** 5. ¶ Quod si hæc nondum uos mouent, moueamini saltem immensa illa eleemosynæ tum utilitate, tum remuneratione, quam ex summa misericordia præparauit deus facientibus misericordiam, sic enim ait Christus, Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Quoniam cum eleemosynam dare opus sit tam pium & beneplacitum deo, ille quoq; abundanter remunerabit istud. Et audi largissimam Christi promissionem: Quicumq; potum dederit uni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ in nomine discipuli, Amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Quod si hoc ita est, quanto magis remunerabit eleemosynam largiorem: qua quidem remuneratione tota undiq; scriptura plenissima est. Ecce enim eleemosyna facit inuenire uitam æternam. & Christus ait, Congregate uobis thesauros in celo, ubi nec ærugo absomit, nec tinea demolitur, & fures non effodiunt neq; furant. Atqui thesaurum hunc tibi per eleemosynas congregare poteris. Hinc ille dixit: **Manus pauperis ararium est Christi**, totumq; illud quod mendicus accipit, accipit Christus. Exiguum igitur da pauperi, ut accipias multum. Da illi terram (quid enim aliud est pecunia, q̄ terra uel flaua?) & dabit tibi cælum, sic enim quicquid pauperi dederis, tibi ipsi dederis; quodcumq; autem mendico subtraxeris,

& tibi & illi perierit. Vis scire, quæ sit efficacia eleemosynæ, quantaq; sit misericordiæ uirtus? Ecce illud Sapiētis animaduerte: **Omnis misericordia facit locum unicuiq;** *Eccl. 16,*
 secūdm̄ merita operum suorum. En hic tibi, quo modo ordines & locos distribuit misericordia, ut iam minus sit mirum, cur **Christus** in iudicio nouissimo in remunerati-
 one bonorum sit dicturus: **Venite benedicti patris patris mei,** percipite regnum quod paratum est uobis ab initio mundi. *Matth. 25.* **Esuriui enim, & dedistis mihi quod manducarem.**
 Aut non uides quomodo hic **Christus** remunerarionis rationem reddit misericordiam? quæ tantum habet efficacia, ut autorem suum sine præmio esse non patiatur. *Augustinus*
 Caeterum qui linguam angelorum **Seraphim** lapide attrigit, præclare ille sane fructum descripsit misericordiæ: *Isaie 6*
Frangite, inquit, esurienti panem tuum. cum uideris nudum, operi eum, & sanitas tua citius orietur (ecce bona corporis) & ante faciem tuam antebit iustitia. (ecce spiritualia bona animæ) iustitiam enim & reliquas uirtutes impartitur deus misericordiam facientibus. sequitur, *Isaie 58*
Et gloria domini congregabit te. Quo uerbo declarare uoluit propheta felicitatem æternam contingere ijs, qui opera misericordiæ exercent diligenter: cum interim immites homines & immisericordes diabolus deiciat in barathrum damnationis. Deinceps formam ostendit propheta, qua deus congregaturus sit illos in uitam æternam, & ait: **Tūc inuocabis, & dominus exaudiet re: clamabis, & dicit: Ecce adsum. ego enim sum misericors dominus deus tuus.**
 Multa alia præclara & egregie consolatoria uerba habet ibidem propheta, quæ nunc missa facio, ut tandem finia.
 Quando autem ex ijs omnibus constat, tam salutarem & plane diuinam esse eleemosynam, ut per eam conseruemur in morte & post illam, ut per eam multa bona temporalia deus largiatur hominibus, ut inde remissionē cōsequamur peccatorum, ut ex illa deo pariter & hominib⁹ efficiamur accepti, ut insuper præter bona tēporalia fortuna, corporis & animæ, æternæ cōsequamur gaudia uitæ. **Admonitos uos per Ch̄m oēs uolo, ne cui rei parcatis, quin largiter detis eleemosynam omnibus qui indi-**

gent illa . cogitate immensos quos iam audistis fructus, dum non potes in terra tantulis bonis quicquam lucrari uel melius, uel excellentius. Expendite, si neglexeritis facere eleemosynam, quam durum subituri sitis supplicii. Vere enim male habebit cor durum in die nouissimo. **Cōsiderate** deniq; illud quod bene ponderauit Augustin⁹, cū ait: Dicit tibi Christus, da mihi ex eo quod dedi tibi de meo quæro, da & redde. habuisti me largitorem, fac me debitorem. temporalia mihi exhibe, & ego tibi dabo æterna. Bona tua mihi da & pauperibus meis, atq; hinc ego dabo tibi meipsum. Ecce quomodo Christus se & regnum suum cæleste uenum proponit, daturus tantum p eleemosyna. Et uos itaq; alacres estote, date hilariter pauperibus, atq; ultro dabit uobis deus uitæ æternam, Amen.

Ecc1.3

Augustin.

HOMILIA SECUNDA DOMINI

cæ quintæ à ferijs Pentecostes.

STatim post apostolorum electionem multa illis salutaria præcepta dedit dominus, & uitæ euangelicæ dogmata saluberrima, quæ omnia concludit hoc epiphonemate, Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Vnde nos quoq; monemur bona nostra misericorditer impartiri pauperibus, sicut nobis deus largissime communicauit bona tēporalia & spiritualia: quoniā qui habet bona totius huius mundi, & uiderit fratrem suū necessitatem patientem, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo manet charitas dei in eo? Quicumq; autem pauperibus misericors est, pie quoq; & misericorditer suscipietur à deo, ut ait ipse per prophetam: In magna miseratione suscipiam te. Atqui quantum fructus & utilitatis habeat misericordia, & ex huius operibus cum primis eleemosyna, integra iam homilia explicauim⁹. nunc reliqua dispiciamus. Dominus ad misericordiam nos cohortatur, eo q̄ misericors sit etiam pater noster, non iste terrenus, sed ille ad quem clamamus quotidie: Pater noster qui es in cælis. Quod sane argumentum est efficacissimum, dum modo bene expendatur: quoniam inde uel maxime mo-

1. Johan. 3
3. Ioh. 54

Matth. 6

uemur eleemosynam facere, & misericordiam exhibere
 proximis nostris. Quando enim dei erga nos misericor-
 dia ineffabilis est, debemus eadem & nos uti erga paupe-
 res, ut inquit **Augustinus**: Beati illi qui subueniunt mise-
 ris, quoniam eis rependitur, ut per misericordem domi-
 num de miseria liberentur. Siquidem æquissimum hoc est,
 ut qui à potentiore adiuuari desiderat, ille etiam opitule-
 tur inferiori. Quam sit autem deus misericors, nōne ubi-
 que scriptura testatur, à capite ad calcem usq;? **Ecce enim**
ad Moysen dicit dominus: Ego sum dominus deus tuus, q **Exodi. 20**
facio misericordiam in mille ris, qui diligunt & custodiunt
præcepta mea. Quò facit & istud in oratione Manasses: **2. par. 36**
 Immensa uero & inuestigabilis est misericordia promif-
 sionis tuæ, quoniam tu es dominus deus altissimus super
 omnem terram, lōganimis & multum misericors, & pœ-
 nitens super malitia hominum. **Et uere idipsum cogno-** **Judic. 8**
uit Iudith quoq; cum diceret: Dominus patiens est, indul-
gentiam eius suscipis lachrymis postulemus. Verum quis me
lius uel agnōrit, uet expertus sit eandē nisi Dauid, qui sub
inde clamauit ad dominum, Reminiscere miserationum **Psalm. 14**
tuarum domine, & misericordiarum tuarum quæ à secu-
lo sunt. Secundum misericordiam tuam memēto mei tu,
propter bonitatem tuam domine, quia tu dulcis & rectus
es: Atqui hic patres sancti dum magnitudinem & ampli-
tudinem considerant misericordiae diuinæ, pulchre pon-
derant in eadem altitudinem, profunditatem, & latitudi-
nē. Usq; adeo enim profunda est misericordia dei, ut per-
tingat usq; in limbum & purgatorium, ibiq; liberet pa- **Psalm. 85**
tres clamantes cum gaudio, & dicentes cum Dauide: Mi-
sericordia tua magna est super me, quoniā eruisti animā
meam ex inferno inferiori. Sublimis quoq; est illa, siqui- **Psalm. 56**
dem erigitur usq; in cælum, dicente Dauide: Magnificata
est misericordia tua usq; in cælum. Dices, quando nec pau-
peritas neque miseria in cælo aliqua est, quis illic usus esse
poterit misericordiae dei? Respondeo ego, in cælo hq; mi-
sericordiam suam declarare deū, dum gloriā largitur ris,
qui proprium meritum non habuerunt. illi em̄ per grati-
am seruantur & misericordia atq; merito Christi, ut par-
tuali, qui à baptismo moriunt, sola gratia & merito Chri-

sti Iesu ex baptismo saluantur. Quid quod misericordiam dei euidenter sentiunt beati in caelis, etiam ratione sua usi, dum ultra meritum omnes remunerantur? Aut nonne haec summa in deo misericordia est, quam recte agnouit David, quando dixi: Domine, in caelo misericordia tua? Quae autem sit latitudo illius, nonne qui latissime pater, mundus iste cognoscit? Quoniam misericordia

Psalm. 25

Psalm. 118

Psalm. 32
239.56

Thren. 3

Psalm. 142

Titum. 2

Eph. 2

Hierony.

1. Corin. 5

Actu. 5

domini plena est terra, misericordia eius a seculo usque in seculum super timentes eum. Dies nos ante deficeret, quam omnes aut potiores saltem scripturae locos super hac re conferremus. Quos tamen uniuersos uelut uno fasce complexa ecclesia, orat: Deus, cuius misericordiae non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostrae. Refert aut plurimum subinde meditari immensitatem misericordiae dei, ut sic glibet plus feruoris concipiat ad orandum eum cum maiori fiducia, cum Davide: Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum sperauimus in te. Ne longe facias domine miseratiões tuas a nobis. Misere mei deus, misere mei, quoniam in te confidit anima mea. Quae igitur tanta est erga nos misericordia dei, ut si tanta non esset, absumpti essemus nos, neque ad momentum subsisteremus, nisi suscitaret nos misericordia sua, quae sic non iustificabit in conspectu suo omnes uiuos, si in iudicium ille nobiscum intraret. Sola ergo immensa illius misericordia conseruamur, quoniam diues in misericordia dominus. Hinc nimis discamus misericordiam exhibere pauperibus, sicut misericors est conditor, adiutor & redemptor noster. Atque hoc illud est quod ait dominus: Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. At nos satis haec nus digressi, rursus reuertamur ad textum.

2. **U**rgitur ergo: Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Regula haec pulchra quidem, sed grauis & serua est, & ut nunc sunt in mundo homines, explicatu perquam necessaria, & facilius quisque possit sibi a temerario iudicio prospicere: & ut discant inde mali non adeo sollicitè quaerere malis suis praetextum & fucum. Non tamen hic iudicare prohibet dominus, alias quomodo deinceps Paulus in Corincho fornicantem iudicauit, & Petrus Ananiam & Saphiram mendacii coarguit. Non ergo prohibet hic iudicare, sed formam & modum iudicandi do-

er, quod ex sequēribus satis constat, quādo dicit: Quacūq; mensura mensi fueritis, eadem remetietur & uobis. & alibi apud **Matth. 7** Quocūq; iudicio iudicaueritis, eodē & iudicabimini. **Ut itaq; possitis in hac etiā parte saluare cōsciētā uestrā, mēbratim rē totā, & in partes cōcidam & dico.**

1 ¶ Non utiq; prohibet hic dominus iudiciū illud, quo quis se ipsum, factaq; sua diiudicat, sic enim usq; adeo non prohibemur iudicare, ut etiā iubeamur, quoniā ira inquit Paulus: Si nos iudicaremus, nō iudicaremur. **Et in huiusmodi iudicio si quis nolit nimīū sibi indulgere, potest homo recto utri processu & mō siquidē secū habet testē, qui reici non possit, super facto & facti ratiōibus, testē in quā conscientiā. Ex uerbis itaq; præcedēribus & sequentibus satis constat, CHRISTVM hic esse loquutum de iudicio proximi, de illo quidem iudicio sui ipsius difficile est dicere. Enim felicem & beatum hominem, qui possit dicere cū Paulō: Ego me ipsum nō iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. & ibidem, Mihi pro minimo est ut a uobis iudicer, aut ab humano dte. Atque hic principio profiteor me nihil dicurum de publicis iudicijs & forensibus, ubi quis ratione officij sui tenetur nonnunquam fontes condemnare: sed de illo tantum, quod quis apud seipsum concipit & pronunciat de proximo suo.**

1. **Corin. 11**

1. **Corin. 4**

2 ¶ Possumus autem loqui de facto manifesto proximi, quod negari nequeat, & de huiusmodi quoq; iudicio hic dominus non loquitur, quum enim facta eiusmodi sunt, ut bono animo fieri nequeant, tunc sane oportet nos bonum bonum, & malum malum dicere, quoniam sic **Christus ait: Ex fructibus eorū cognosceris eos. siquidem arbor mala non potest fructus ferre bonos, fructus malæ arboris sunt, publica fornicatio, adulterium, furtum, blasphemia, homicidium, ebrietas &c. Vbi si quis malum non iudicauerit esse malum, peccabit utiq;, iuxta illud Sapientis: Qui iustificat impium & q̄ condemnat iustum, abominabilis est uterq; apud deū. Huiusmodi em̄ opera dies domini declarat p̄ scripturas sacras decernēs, qd sit iniustū. Et nos itaq; iudiciū nostrū cōformantes scripturæ, recte facim⁹, offensuri deū, si cōtrariū fecerim⁹. In hoc tñ casu**

Matth. 7

Prone. 17

BB ij

obserua hæc duo. Primum, male facit quisquis nimium curiose & temere scrutatur peccatum proximi: peius adhuc facit, qui huiusmodi perscrutatiōe peccatum per se occultum manifestat. Quo facit illud Bernardi, Noli esse alienę uitę temerarius iudex aut curiosus explorator, nisi idipsum qui in magistratu positus est, ex officio faceret, ut malum puniret. Alterum est, quod peccatum proximi hominis etiam manifestum iudicare non debemus cum aliqua amaritudine, adeo etiam elari, ut quę in tergo nostro est mätica, eam nec consideremus neq; uideamus, sicut hic sequitur: Quid uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non consideras: Idem & Paulus iam olim docuit, inquit. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Atq; sic aduersus seueros alienę uitę Momos & iudices inuenitur Chrysostomus, dicens: In alienis delictis seueri & amarissimi iudices residemus, nostras autem trabes oculis nostris proprijs non uidemus, dum nemo nostrum considerat se uel in grauioribus esse peccatis, uel in maiora potuisse prolabi, nisi adiutus fuisset gratia dei. Hanc itaq; perpetuam uelut amussim adhibe ad omne iudicium proximi tui: quotiescūq; iudicaturus es alterū, incipe a te ipso. Regulam hanc colligimus ex dictis factisq; Christi domini, qui in causa adulteriꝝ accusantibus mulierculam Iudæis dixit: Qui ex uobis sine peccato est, mittat primum lapidem in illam. Ait ibi Gregorius: Ad aliena peccata puniendā ibant, & sua reliquerant. reuocentur itaq; intus ad conscientiam, ut prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Quisque igitur sibi prospiciat, ne amarius duriusq; corripiat proximum suum, ne illi dicat Paulus quod Romanis: In quo alium iudicas, teipsum condēnas, eadem enim agis quę iudicas. Atq; hæc dicta sient uobis ad eruditionem & instructionem uitę uestrę, ne etiam in manifestis operibus malis, nimium acerbe adoriāmini proximos uestros: sed dū alios iudicatis, uestri quoq; uos non capiat obliuio peccati.

3. ¶ Sunt adhuc opera quædam media, sic dicta quod tam bono quam malo animo fieri possint: atque in ipso iudicio

Bernar.

Matth. 7
Lucę. 6

Sala. 6

Ch: yst.

Johan. 8
Gregori.

Roma. 2

dicare neminem debemus, sed omnia in optimam partē referre. sic enim & Paulus ait: **Qui non manducat, manducantem non iudicet. Diversum quisquis facit, delinquit, deique sibi usurpat iudicium: quoniam quum opus illud ex defectu facientis pendeat, quicumque cor hominis iudicare præsumit, diuinum sibi arrogat iudicium, dicitur propheta: Præuum est cor hominis & inscrutabile, quæ cognoscat illud? Ego dominus scrutans cor & probans renes, qui do unicuique iuxta uiam suam. Homo uidet ea quæ apparent ab extra, deus autem intuetur cor. Atque ideo Augustinus sacerdotem noluit iudicare, dicens: Ne diuinæ potestati sub cuius examine causa adhuc penderet, facere uideretur iniuriam, si illius iudicium meo uellem iudicio præuenire. Quid multa? in rebus ambiguis nemo iudicare debet proximum suum, nisi forte circumstantiæ re illustrarent & patefacerent, cuius rei exempla nonnulla præbet Augustinus in hunc modum: Vides aliquem sæpius ieiunare? ne nimium hinc laudes eum, ne forte extollatur. Vides alium diē prohibito manducare, & morbum in hoc causari? caue diiudices eum. forte enim uitio gula id facit, aut animo bono. Vides insuper quendam durum subditis suis, & ad gratiam tardum? noli iudicare illum, quia tam uitio potest tyrannidis hoc facere, quam zelo iustitiæ. In his & consimilibus casibus quanto satius est nos inclinare ad dextram hanc & mitiorem partem, quam istam sinistram? quoniam melius est nos malos reputare bonos, quam bonos malos, quemadmodum satius est liberari nocentem, quam puniri innocentem. Atque in hoc casu dicit hic dominus, Nolite iudicare. Nam in manifestis licitum est iudicare, sed cum dilectione & solo odio peccati, hominis uero amore: odio morbi, ægrotantis amore.**

4. Hinc sequitur nos iudicare pro damnato neminem nec posse, neque debere ante obitum supremæque funera. quis scit enim an non qui hodie peruersus est, cras conuersus efficiatur? Atque ideo Gregorius ad Imperatorem Mauricium: **Nescimus, inquit, qualis quisque erit in horrendo & tremendo illo iudicio dei. Nolite ergo, ait Apostolus, iudicare ante tempus, quoadusque ueniat do**

BB. iij

Roma. 14

Jeremi. 17

1. Reg. 16

Ad Hippo.

Augustin.

L. absentem ff. de poeniten.

Grego. li.

4. episto.

75.

1. Corin. 4

Roma. 14. minus, qui & illustrabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. & alibi, Non amplius inuicem iudicemus. loquitur enim ibi de hoc iudicio. Quoniam quod scit, quomodo & quando deus det gratiam? Ecce enim Paulus quum pessime cepisset, finem tamen optimum fecit. **Luce. 22.** Iudas, Saul & Nicolaus diaconus bene ceperunt, finierunt pessime. Neminem itaque finaliter iudicemus, cogitantes etiam latroni in cruce misericordiam contigisse. Quamobrem neminem, ut iam dixi, iudicemus, quomodo quod in ultimo sine inuenietur: quin potius rogemus deum, ut illi gratiam suam non neget, sanctaque sacramenta efficaciter concedat instante iam mortis articulo: quatenus uere contritus, confessus, absolutus, & uiaturo corporis Christi primum, commigret ex hoc exilio in uitam aeternam. Id adeo omnibus nobis concedat deus, Amen.

5. ¶ Si quando etiam opus proximi manifestum non sit, circumstantiae tamen & coniecturae praualidae multae sint quae urgeant, ita ut quis inficiari nequeat: tunc sane itidem iudicare licet. Ut si duae personae suspectae cohabitent simul, etiam si opus malum uel non faciant, uel alijs non appareat, fortis tamen praesumptio urget. Sic Salomon, quum infantulum iussisset in duas partes dissecari, consentiente muliere una, altera matre uera reluctante, ex graui coniectura iudicauit Salomon illam filij matrem non esse, quae infantulum passa fuerat diuidi. factum & opus occultum, sed praesumptio multum erat uiolenta.

6. ¶ Etiam si praesumptio sit grauis, sed coniecturae leues extrinsecus, quamuis homo sine peccato in suspicionem malam delabi posset, sicque illud etiam fieret sine peccato: iudicare tamen non debet, quoniam duo haec sunt & diuersa, iudicare, & suspicari. Atque hoc etiam Sapiens docuit, dicens: Cor hominis immutat faciem illius, siue in bono, siue in malo. & iterum, Ex uisu cognoscitur uir. Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo. Haec itaque suspicionis signa sunt & argumenta, sed ad iudicandum non sufficiunt, dicente Paulo: Tentatio uos non captat nisi humana. humanam ille uocat tentationem, istam uolucram & subitam suspicionem: quam, quia homines sumus, uitare non possumus: ut

Eccl. 13. 19

1. Cor. 10. 13

si quis mulierem uideat usu uagabundam, suspicatur uti que illam non satis esse pudicam, atq; hæc tentatio est humana. & suspicionem illam Sapiens quoq; non reticuit, dicens: Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnosceretur. Et tamen ex huiusmodi argumento iudicare nemo debet, ne iudicetur & ipse. si quidem ex illo nõdum perfecte potest animum ipsius cognoscere, ut inquit Paulus: Quis enim hominũ scit quæ sunt hominis, nisi spūs hominis qui in ipso est? Quando itaque negarum nobis est animum proximi intueri, arca na quoque illius ne iudicemus, sicut apostoli orabant in electione **Matthæi**: Tu domine qui uniuersorum nosti corda. Estq; hæc communis doctorum conclusio: Quotiescũq; non sufficientes quis habet coniecturas & præsumptiones, atq; interim malum suspicat de proximo suo, peccat uenialiter: sin aut̃ insuper etiam iudicet, mortaliter.

7. Possunt autem suspiciões ex obiecto oriri in se, ut in superiori exemplo de muliere. Aliæ originem trahunt ex longa experientia. sic Aristoteles, Senes, inquit, sunt suspiciosi, neque facile credunt, quoniam sæpe sunt decepti. Quicq; hoc modo facile suspicantur, sic habentur, ut supra articulo sexto indicauius. Sunt alij suspiciosi ex adfectu malo, puta inuidiæ aut superbiæ. sic ait Augustinus, Hi maxime temere iudicant, q magis amant uituperare & dånare, quàm corrigere & emendare. Atq; qui sic scrutantur omnia, gaudentes ex suspicione aliorum, & peccant, & abstinere ab illo debent, quoniã consuetudo ista uitiosa est & infecta iam inde ab Eua parente. Præterea leuiter suspicantur nonnulli, eo quòd ipsi defectum habent: sicq; ex suapte malitia iudicant alios omnes, ut ait Sapiens: Stultus ambulans in uia sua, quum sit ipse fatuus, omes sui similes iudicat. Sic feenerator omnes alios emẽdo & uendendo imponere hominibus putat, qniam ipse id facit. Amator ex suo ingenio omnes diiudicat. Atq; isti sunt, qui omnia pessime interpretantur, uitio uertunt omnibus omnia, cõsuetudine impia & diabolica. bonus em̃ Christianus & candidus, non facile debet suspicionem sibi concipere de proximo suo, sed neque credere eiusmodi suspiciones mouentibus, ita enim Augustinus: Ho-

Ecc. 16

1. Cor. 2

Actu. 2

Aristotel.

Augustin.

Ecc. 10

Aug. 10

392
 Aug. sup
 Psalm. 118
 Chrysoft.

mo, inquit, malus suspicat in alio, quod sentit in seipso. Diabolo hoc peculiariter proprium est, ut omnia in pessimam rapiat partem. Quo facit illud Chrysoctomi, cum ait: Sunt aliqui qui de omnibus male iudicant, dicunt enim si quis studet & uacat humilitati, hypocrita est: si recreatio ni, gulosus est: si patientia, timidus est: si iustitia, impatiens est: si simplicitati, fatuus est: si prudentia, malitiosus est: si maturitati, melancholicus est: si iucunditati, dissolutus est: si religiōi, singularis est: si societati, secularis est: si silentio & pact, dissimulator est. & sic in oibus alijs. Vobis autē expendēdū relinquo, cū grande adeo sit peccatum, ita temere iudicare proximum, quot millia animarū sibi per hoc adripiat diabolus, in æternam damnationem detrudens, uere enim in huiuscemodi iudicijs quo maius periculū est, eo minus nos illud in uobis agnoscimus. Vos itaq; dilectissimi in domino, caute uobis solliciti: & si hactenus male iudicatis proximum, deinceps abstinete: & istud quod hactenus fecistis, deponite per penitentiam, contritionem, confessionem & satisfactionem. Sed neq; temere suspicemini quicquam de proximo uestro, subinde in auribus uestris tinnitum audientes illorum uerborum Christi: Nolite iudicare, & nō iudicabimini in condemnationem. probate uos accurate ante horam illam, quotq; cupitis æternam effugere damnationem, a qua nos custodiat qui est benedictus in secula, Amen.

HOMILIA TERTIA DOMINICÆ eiusdem.

Dominus noster Iesus Christus inter reliqua salutaris suæ doctrinæ præcepta, etiā hoc euangeliū proposuit discipulis suis. Estq; illa nō exigua legis euangelicæ portio, quā euangeliū hoc continet. primū enim hic docemur facere elemosynā, qd nō fallax est Christiani hominis argumentum. Deinde prohibemur temere iudicare, ne & ipsi iudicemur: quod & dilectio mutua Christianorū exigit, ne quis de proximo suo malū uel cogitet, uel suspicet, nisi certa facti argumenta adsint. tunc enim licitum est iudicare, sicut apud Iohānem Christus

Johan. 8

ait. Porro iam dominus idipsum planius declarat, dicens: Nolite condemnare, & non cōdemnabimini, siquidem & nō iudicare, & nō cōdemnare, opera sunt misericordiæ. Deinde dicit ille: Dimittite, & dimittet uobis, quæ etiam spūalis est eleemosyna erga proximos nostros, ut sic nobis etiā deus remittat debita nra, quō nos deus docuit ora **Matth. 6.** re. Quamobrem in euangelio dominus seruū suum corripi, q̄ exiguum debitū noluit remittere cōseruo. **Matth. 18.** Vide Dominicam 23, post Pentecosten.

4. ¶ Sequitur: Date, & dabitur uobis. Nō satis est nō iudicare, dimittere quoq; & nō cōdemnare satis nō est, insuper etiam dare proximis nostris nos aliqd boni oportet. hoc enim argumentum euidenter est, te proximo tuo dimississe, q̄d aduersus te deliquerat, si qd ei dederis. Atq; hoc est qd Iohānes ait: Diligere debemus nō uerbo & lingua, **1. Iohan. 3.** sed opere & ueritate. In uniuersum etiam hoc dicit dominus de dando, ut alacres nos faciat ad eleemosynam, quæ & ipsa sine damno sit: quoniam si multum dederimus, p̄inde multum nobis dabit: & dum ille de remuneratiōe certos nos facit, etiam diligentiores & cordatiores nos efficit ad eleemosynam dandam.

¶ Addit itaq; dominus, Dabit in sinum uestrum. sic cū quod in sinu habemus, certo possidemus. Ecce ergo quanta securitate possidebimus, quanta dilectione & charitate conferuabimus remunerationem, quam nobis dominus daturus est pro eleemosyna nostra in uita æterna.

¶ Illam autem in quatuor rebus hic dominus declarat, quum dicit: Mensuram bonam & confertam & coagitatā & superfluentem dabunt in sinū uestrum. O quā uerū est istud Pauli: Qui parce seminat, parce & metet: & qui in benedictione seminat, in benedictione etiam metet. Quod si bene feceritis, & pauperibus mensuram dederitis bonā, deus uicissim uobis non similem tantum reddet, sed & hu- **Theoph.** beriore. Atq; in hoc fundatum est illud commune dictū doctorum, quod deus semper præmiat ultra condignum. Sunt qui hæc mensurarum genera referunt ad superiora illa misericordiæ opera, sicq; Chrysostrōmus dicit: Super- **Chrysostr.** fluens mensura datur ei, qui non iudicat: conferta ei quidē qui iudicat, sed non condemnat: bona ei qui condemnat,

B B v

- & tamen dimittit. Equidem crediderim hic Christum uoluisse declarare plenitudinem remunerationis in æterna patria, quæ tanta erit, ut eam nec oculus uiderit, neq; au-
Corin. 2. dierit auris, nec in cor hominis ascenderit: quoniam non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam cælestis Hierosolymæ. **Ar** quæ res quinam illi sunt, qui dabunt mensuram hanc nobis? Sane pauperes ipsi sunt, qui bus elemosynam impendimus. illi mensuram nobis bonam retribuunt, non quod celi liberam habeat facultatē, sed quia autores nobis sunt uitæ æternæ, quam ideo nobis dat deus: qui quia propter illos nobis eam largitur, dicitur, quasi illam nobis dent ipsi. ita enim alibi dicit dominus. **Luce. 16.** facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Ecce cum deus illos recipiat, ipse tamen ait pauperes eos suscipere.
- Theoph.** 2. ¶ Porro dominus sermonem iam suum huiusmodi parabola confirmat: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foveam cadunt? Similitudo hæc sic inducitur: Quando iam dominus iudicium temerarium prohibet, rationem porro declarat illius. Quia enim qui alium condemnat, & ipse interim in eadem incidit peccata, cæcus uterq; est, uterq; peccator, & neuter oculum habet gratiæ dei: quoniam qui alterum iudicare præsumit, ductoris sibi adrogat officium: & tamen cæcus ille quoq; est, quia peccator. Plerumq; induci hoc solet aduersus prælatos, curatores animarum & prædicatores, sicut hic facit **Gregori⁹.** quædo enim pharisæi hypocritæ erant, & pharisæis nemo satis facere potest in bonitate dum iudicant omnes, contra eos dixit dominus: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Atq; ideo cæci erant illi, cum interim ipsi quoq; quos iudicabant, nihilo essent oculatiores, sicq; nec ipsi, neq; illi promouebantur. Id alibi etiam Christus monuit discipulos suos, dicens: Sinite eos, quia cæci sunt & **Matth. 18.** duces cæcorum. Cum autem cæcus cæcum ducit, ambo in foveam cadunt. Atq; huic communi intellectui consonat istud, quod statim in sequentibus dixit dominus: Non est discipulus super magistrum. Nunquid ait ille, potest cæcus cæcum ducere? quasi diceret, nihil minus. Quamuis autē

hoc ad omnes in uniuersum homines dictum est, peculi-
ariter tamen aduersus prædicatores & prælatos refertur,
quos non oportet esse cæcos, sed utroq; oculo plus quam
lynceos. Oculis illorum alter ipsius intellectus, illumina-
tus sit multa scientia: alter uoluntatis, quam plurimis uir-
tutibus, & harum omnium præcipue charitate. scilicet il-
le demum uerus erit ductor, qui subditis suis ueram possit
sententiam monstrare, dum ipse quoq; temere non iudicat,
sed proximo suo facile dimittit, eleemosynas largiter dis-
tribuit. Aliàs si prælati talibus uiribus adornati non
essent, uidentes eorum uitam subditi, facillime eis consen-
tiant, seque uitæ illorum conformarent & moribus. Quo-
niam nihil facilius, nihilq; leuius est, quam quod subditi
superiorum suorum uitam sequantur in malo. sic enim
Seneca ait, Error sapientis facile trahitur in exemplum.
Proh dolor autem, quam plurimi iam sunt in ecclesia
cæcorum duces, quoniam hoc nobis euenit quod de Iu-
dæis Isaias dixit, Speculatores eius cæci omnes, nescie-
runt uniuersi, canes muti, non ualentes latrare. prædica-
tor enim & animarum curator quicumq; ignarus atque
in scius est, cæcus est, ut inquit Isaias: Ideo populus meus
captiuus ductus est, quod non habet scientiam. Atq; præci-
pue qui scientiam non habet, ineptus est ad sacerdotij di-
gnitatem, teste Osea: Quia tu scientiam repulisti, repellā
te, ne sacerdotio fungaris mihi. Quam misere nunc pa-
rochi constituuntur, quorum nec cecitas consideratur ne-
que uisus. Quod si à principe sit parochia aliqua conferen-
da, nihil ille aspicit, nihil considerat, uidenti ne conferat
an cæco. Tantum hoc attenditur: Ecce hic secretarij fili-
us, ille scribæ filius, iste uenatoris filius. Isti sunt illi præ-
clari, qui curandi sunt, horum commodo consulendum
est magis q̄ ecclesiæ profectui. Si & in ciuitate præbenda
uacet, prouidendum est filiis ciuium etiam cæcis. scilicet hic
plane qd fecisse legitur Iebusæi, ad q̄s cū uenisset Dauid,
dixerunt ei: Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos &
claudos, quos illi in muro collocauerunt ad ignominiam
Dauidis. Sic multi sunt, qui cum sacerdotia habeant, sup-
eruros ecclesiæ cōstituunt cæcos & claudos in ignominiam

Seneca.

Isaie. 56

Osee. 4

Collatio
prebenda-
rum.

2. Reg. 5

Dauidis, hoc est, Christi. Verum hic in ciuitatem non uenit, nisi prius amotis cæcorum ductoribus, alijs enim subditi nullo modo adduci possunt ad uitam æternam, quoniam sic & Gregorius ait: Cum pastor per abrupta gradi

Gregori⁹. tur, ad præcipitium grex sequatur oportet. Hieronymus **Hier. sup** autē, Saluator, inquit, præcipit doctores pessimos dimit- **Matth. 18** tendos arbitrio suo, sciens eos difficulter ad ueritatē posse trahi, & cæcos esse, & cæcum populum in errorem trahere. Deum immortalem, quot iam cæcorum duces sunt in mūdo, Lutherani, Sacramentarij, Catapristæ: qui nō ipsi tantum cæci sunt; sed & alios secum cæcos efficiunt, Vtrique igitur in foueam cadent damnationis æternæ. Aut nonne qui nostra memoria ante pauculos annos haberi sunt sapientes, subito facti sunt cæci, adeo ut merito miremur omnes id ita fieri posse? Verum nos interim eis dicere possumus illud, quod Paulus Iudæo dixit: Confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & ueritatis in lege. qui ergo alium doces, te ipsum non doces. Sed quā plane uerus propheta extitit Christi? quā uerum est illud Christi uerbum, quod dixit ad Nicodemum? Lux uenit in mundum, & homines magis dilexerunt tenebras quā lucem. Aut nonne ueram Christianæ fidei lucem accepimus, uidim⁹, agnoscimus? & tamen quot sunt qui malint tenebras hæreseos & errorum omnium? Deus nobis gratiam suam donare dignetur, qua adiuti, rursus congregemur in unitatem fidei, Amen.

Roma. 2

Joh. 3.

3. ¶ Nunciam deinceps probat dominus uerum esse quod dixerat, cæcus cæcum ducit. Nam poterat quis dicere, Etiam si qui ducit, cadat: is tamen qui ducitur, non cadit. Id ille iam confirmat, dicens: Non est discipulus sup magistrum. Magistro itaq; cadente, non potest non cadere & discipulus. Quoniam in uia morum oculi discipulorum exempla respiciunt prælatorum. atq; sic etiam Gregorius inquit, Nemo plus in ecclesia nocet, quā qui per uerse agens, nomen uel ordinem sanctitatis habet. delinquētem namq; hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum uehementer culpa extenditur, cum pro reueren-

Gregori⁹.

na ordinis peccator honoratur. Sunt qui hoc singulatim & superiori separatim intelligant: tuncq; Christus de se ipso loquitur, in hunc modum: Christus communis omnium nostrum magister (unus est enim magister noster, & nos inimicis omnes fratres sumus) patienter sustinuit opprobria & contemptum, neq; aere tulit. sed adeo dimisit persequentibus se, ut etiam pro iisdem oraret. Quod si hoc magister ille noster fecit, quid nos facere æquum erit, qui discipuli illius, qui Christiani sumus? sic Stephanus & quidam alij fecerunt: sic CHRISTVS Apostolos suos docuit, dicens: Vos uocatis me, magister & domine, & benedicitis. sum etenim. Quod si ergo ego laui pedes uestros magister & dominus, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Sic apud Mattheum quoq; satis est se perhibet discipulo, si sit sicut magister suus.

Matth. 23

Luce. 23
Actus. 7

Johan. 13

4. Ceterum quo magis a iudicio proximi nos deterreat dominus, aliam parabolam proponit, & ait: Quid uides festucam in oculo fratris tui? Similitudinem hanc explicat Augustinus, dicens festucam esse subitam & breuiusculam iram, trabem autem iram inueteratam. Vult itaq; Christus, quomodo qui iram habet in corde suo, potest reprehendere, qui uix festucam habet in illo? festuca enim molestat quidem oculum, trabes autem plane excæcat. Id ipsum David quoq; profiteretur: Turbatus est, inquit, in furore oculus meus. Ecce festucam, de trabe ait Iohannes. Quicumq; odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæuerunt oculos eius.

Augustin.

Psalm. 6

1. Johan. 5

Hoc est ergo quod iudicare non debemus proximum nostrum in rebus ambiguis: quæ tam bono quam malo animo fieri possunt, in manifestis autem utere hac regula Pauli: Argue, ora, hortare eum in omni patientia & doctrina. Quid multa? hoc commune humanæ fragilitatis uitium est, clausum oculum alterum habemus in considerandis nostris uitijis, in alienis carpendis latissime patentem. Per oculum autem intentionem mentis accipe, qua quis quid facit. Quando itaq; aliquis grande peccatum habet in corde suo, quomodo reprehendere poterit alie

1. Tim. 4

Theoph.
Luce. 10.

rum minori scelere grauatum. Audiant hoc cum omnes homines, tum uero maxime qui in magistratu positi sunt & altos docent, quique subditos suos grauius reprehendunt ex leui delicto, seque & sua ista immensa facinora, ne uident, neque considerant, tantum abest ut diiudicent & arguant. Sunt qui in hoc quoque iusti & sanctuli uolunt haberi, dum alios corripunt de malo, ipsique in re bona nil faciunt. Consentunt quoque doctores, uoluisse hic

Luce. 8.

CHRISTVM praelatos omnes erudire & monere, ne nimium sint duri in arguendo. sic enim & Samaritanus uulneribus faucibus istius, qui in latrones incidit, oleum infudit cum uino. Oportet amara dulcibus, & melli misceri absynthium: ita tamen hic, ut in omni reliqua uita, **NE**

Luce. 4.

QVID NIMIS. Non ergo omnino hic dominus uel iudicium uetat, uel correctionem alterius, tantum uult ut quique se primum corripiat, ne dicatur illi, *Medice, cura te ipsum.* Sed nos nimis in utrum credula turba sumus, nimis nosmet nobis indulgemus, & interim proximo nostro nihil nec credimus, neque indulgemus. Quidam hic expendunt diligentius istud de trabe in oculo, idque manifestum est. Quam diu enim praelatus etiam occulta habet in se peccata, corripere adhuc potest & arguere: ubi uero in oculo peccatum fuerit manifestum omnibus, iam non sibi sumat arguendi munus. Sunt qui uolunt illum uel peccatum intermittere, uel a potestate debere recedere. At qui uidemus bonam partem praelatorum maximas habere in oculis trabes, neque raro propterea gloriari & alios interim de minutulis festucis carpere, iudicare atque durissime punire in bonis nonnunquam & corpore, cuius rei possent hic quam plurima enumerari exempla, sed quia

hæc sunt odiosa, oremus dominum, ut exemplum & trabe & festuca ex oculis omnium nostrum, clara luce conspiciamus tandem lumen aeternæ gloriæ,
A M E N.